



Virtutis Solidæ Præcipua Impedimenta, Subsidia, Et Incitamenta

Commentationibus Illustrata, Omnium Usui Aptatis. Quæ Servire Insuper
Poterunt Pro Argumento Concionum: Uti Et Considerationum Tempore
Exercitiorum; præsertim verò pro gemino sacræ collectionis triduo; prout
ex subjectis hunc in finem elenchis patet. [...] Partes Tres

Impedimenta

Bellecius, Aloysius

Ratisbonæ [u.a.], 1755

Præfatio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55524)



PRÆFATIO.

A Mice Lector, postquam nupero, quem in lucem edidi, opusculo te docui artem bene moriendi, præsentis libri tibi trado methodum piè vivendi eo fine, ut per sanctiorem vitam ad beatam mortem, & inde ad æternam felicitatem per viæ compendium te ducam. Quod ut eò certius consequar, hunc laborem meum non solum religiosæ per annum lectioni, sed etiam (ut latius pateret fructus) geminæ per triduum solitudi-

ni meditatè destinavi; uti ex duplici, quem propterea subnectam, indice constabit.

Quo autem ordine exercitationes hæ disponi debeant, ut etiam quadrent pro considerationibus, quæ tempore annuorum exercitiorum à prandio peragi consueverunt, subiungendus infra peculiaris elenchus declarabit. Quòd verò insuper hæ commentationes piis è cathedra allocutionibus aptari possint, ipsa rerum divisio, sententiarum elocutio, & confectus hunc in finem thematum syllabus satis ostendunt.

Porro quòd capitum paragraphi prolixiores sint, vitio verti eò minùs potest; cum non solùm lectioni sed etiam

etiam concioni materiam sup-
 peditem ; quæ proin brevio-
 ribus terminis coarctari ne-
 quit. Accedit, quòd ipsa
 paragraphorum in plura mem-
 bra divisio, hujus divisionis
 in margine notatio, uti &
 numerorum multiplex distin-
 ctio creandum fors tædium si
 non omnino pellant, saltem
 plurimùm mitigent.

Proin solidæ virtutis stu-
 diose Lector, hac mea qua-
 licunque opella fruere, mei-
 que in precibus memor, in
 tui correctionem ita incumbe,
 ut meus hic labor tibi sit
 æternæ quietis sub-
 sidium.



*

5

CON-